

## 180.

Marciani Capellae de nuptiis philologiae et Mercurii libri II, cum commento (fortasse Remigii Antisiodorensis).

Cod. membr. 65 foliorum in 4. maj. saec. 15. ineunte exaratus. Aetatem codicis indicant insignia Martini V. Pont. Max. (1417—1431) in fronte et calce voluminis ita appicta, ut eis locum vacuum librarius ipse in scribendo reliquerit. Posteriorem possessorem indicant verba in primo folio vacuo apposita: „Ad uso del S. Conte Giorgio di Polcenigo.“ Regiae bibl. vendidit a. 1758 Brunellius Bononiensis.

Elect. 540<sup>b</sup>. Regia D 109. Falkenstein p. 262. Vgl. Martinus, M.: *Zwei Remigius Kommentare*, in: *Neues Archiv d. Geschichtskunde* 49 (1930), S. 174 ff. 181. b.

## Boethii arithmeticā.

Incipit: In dandis accipiendisque muneribus.

Explicit: Corpulenta immobilis.

Addita sunt libro fragmenta codicis membr. saec. 14: De anima cet. fol. 1 leguntur versus, qui incipiunt: Exoriens che las aries dimergit ad ima.

Cod. membr. 41 foliorum in 4. saec. 12. scriptus, litteris initialibus pictis et singularem in modum formati. Argumenta capitum fol. 1' seq. aliquantum differunt ab impressis exemplaribus. Goetze codicem a. 1739 in Italia emit.

Elect. 537. Regia D 133. Goetze I p. 287. Falkenstein p. 262.

## 182. 2.

a) Aethici Cosmographia. fol. 1'.

b) Itinerarium provinciarum Antonini Augusti. fol. 15'.

Cf. Itinerarium Antonini ed. Parthey et Pinder. Berolin. 1848. 8. p. XVIII.

c) Dicuili liber de mensura orbis terrae. fol. 50'.

Auctoris nomen reperitur in primo versu epilogi metrici (fol. 62) hoc modo: Dicuil accipiens ego tracta auctoribus ista. \*)

Cf. Dicuilus a Gust. Parthey recognitus. Berol. 1870. 8. p. VI et cod. Dd 231.

d) Flavii Vegetii Renati viri inlustris epithoma rei militaris, libris IV. fol. 63.

Liber II incip. fol. 76; lib. III fol. 90; lib. IV fol. 120; fol. 135 s. ultimum e dimidia fere parte est discissum.

Cod. membr. 135 foliorum in 4. saec. 10. a duobus librariis exaratus. Librorum trium priorum paginae in binas columnas sunt divisae, Vegetius lineis integris non divisus est scriptus. Rubri coloris usum in librorum et capitum inscriptionibus Vegetius solus exhibet; in ceteris libris omnia atramento sunt scripta. In qua bibliotheca hic codex primum servatus fuerit, indicat inscriptio in fronte folii 1': . . . . dedit sanctae Mariae Remensi. Haec verba, quae ex parte evanuerunt, ab eadem manu profecta videntur, qua Aethici liber exaratus est. Alia saeculi 15. manu in fol. 2 et 64 hoc est adnotatum: „Codex monasterii S. Michael prope bbbg (Babebergam i. e. Bambergam).“ Deinde fuit in

\*) Bicker, Ludwig: The Text Tradition of Dicuile's Liber ..., in: Proceedings of the Royal Irish Academy. 64 (1965), Sect. C, No. 1.